



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

LXXVII. Markgraf Woldemar verpfändet 80 Mark jährlicher Hebungen aus  
Stendal an Ebelin von Buzst, im Jahre 1313.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

LXXVII. Markgraf Woldemar verpfändet 80 Mark jährlicher Hebung aus Stendal an Ebelin von Buzst, im Jahre 1313.

Noverint universi presencia visuri seu auditori, quod nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgensis, Lusacie et de Landesberge Marchio, tutorque incliti Johannis, Marchionis Brandenburgensis, contulimus Ebelino de Buzst, suis et fratris sui Henningi bone memorie heredibus, octoginta marcas justo titulo pheodali, quas quidem Burgenfes civitatis Stendal singulis annis nobis dare tenebantur, perpetuo possidendas. Proinde nobis sexcentas marcas erogaverunt. Si vero a festo Walburgis nunc proximo venturo usque ad duos annos in antea computandos eisdem sexcentas marcas restituerimus, ex tunc antedictæ marce integraliter ad nos et nostros usus revertentur, devenient, sicut prius de predictis civibus nobis dande. In cujus rei evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes hujus sunt: Nicolaus de Buck, Droyseko, milites, Henricus, Decanus. Sloteko, noster protonotarius, et plures alii fide digni. Actum et Datum Anno Domini MCCCXIII, feria tertia post Dominicam Invocavit.

Histor. Sammlung S. 372.

LXXVIII. Markgraf Woldemar verspricht den Bürgern der Stadt Stendal zur Dotation der von ihnen gegründeten Marien-Kapelle 10 Stück, sofern sie solche erkaufen können, zu vereignen, am 23. Februar 1314.

Noverint universi tam presentes quam futuri, ad quod presens scriptum deferetur, quod nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgensis, Lusacie et de Landesberg Marchio, tutorque incliti Johannis, Brandenburgensis Marchionis, de matura providaque deliberatione prudentibus viris nobis fidelibus civibus in Stendale, qui ad laudem dei omnipotentis cappellam ejusque genitricis virginis Marie, nec non ad salutem fidelium animarum plantarunt, proprietatem decem frustorum, dum iidem emere poterunt, dedimus ac damus literas per presentes donatione libera, prout jus proprietatis requirit, renunciantes in eisdem nostro juri, quod nobis aut nostris successoribus poterit competere tempore succedente. In evidenciam hujus nostre litere donationis presentibus nostris fidelibus Henningo, Hinrico de Stegelitz, fratribus, nec non Henningo de Blanckenborch, Bernardo de Buck, Slotekino, nostro protonotario, et quam pluribus aliis fide dignis sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Spandow, Anno Domini MCCCXIV, in vigilia beati Matthie.

Nach Lenz Br. Urk. S. 490. 491.